profecturam; Itaq: dū se parat mors eā n̄
potuit inuenire inparatā; Int laudes
faeminae subito mihi pammachius
meus exorit. paulina dormit ut iste
uigilet. praecedit maritū ut xp̄o famu
lum derelinquat. Hic heres uxoris
& hereditatis alii possessores;
Certabāt uir & faemina quis in portu
abrahae tabernaculū figeret. & haec
erat int utrumq: contentio quis huma
nitate superaret; Uicit uterq: & utrq:
superatus est. Ambo se uictos & uicto
res fatent dum qd alter cupiebat utq:
pfecit; Iungunt opes sociant uolunta
tes. ut quod emulatio dissipatura erat
concordia cresceret; Necdū dictum
iam factū emit hospitium & ad hospi
tiū turba concurrit; Non ē labor in
iacob nec dolor in isrt; Adducunt
maria quos in gremio suo trasuscipiat;
Mittit roma pperaster quos naufragos li
tus molle confoueat. quod publius
semel fecit in insula meltae erga unum
apostolū. & ne contradictioni locū
tribuam in una naue. hoc isti & frequent
faciunt & in plures; Nec hoc solum
inopum necessitas sustentat. sed prona
in omnis munificentia aliquid & habentib: detrahentib:
bi; uidi & xenodochiū in portu romano
situm. totus parte mundus audiuit;
sub una aestate didicit brittania quod
aegyptus & parthus agnouerant; uere
qd scribtū est. Timentib: dm̄ omnia coope

rantur in bonum. In hobitu tantae fe
minae uidimus conprobatū quod ac
praesagio futurorū. Ad multos scrib
serat monachos ut uenirent & gra
ui onere laborassent absoluerent.
facerentq: sibi de iniquo mammona ami
cos qui eam reciperent in aeterna ta
bernacula; Uenerunt amici facti sunt;
Dormiuit illa quod uoluit & deposita t.cū
tandem sarcina leuior uolauit ad cae
lū; Quantū haberet uiuens fabio
la roma miraculū in mortua demonstra
uit.; Necdum spm̄ exalauerat nec
dū debitā xp̄o reddiderat animam
& iam fama uolans tanti pnuntia luctus
totius urbis populos ad exequias cōgre
gabat; Sonabant psalmi. & aurata
tecta templorum reboans in sublime
alleluia quatiebat; hic iuuenū chorus
ille senū qui carmine laudes faemine
as & facta ferrant; Non sic furius
de gallis. Non papirius de samnitibus.
non scipio de numantia. Non pompeius
de ponto garabis triumphauit;
Illi corpora uicerant. haec spiritales ne
quitias sub iugauit; Audio praeceden
tiū turmas. & cateruatim exequias
eius multitudine fluctuantem;
Non plateae non porticus non imminentia
desuper tecta capere poterant prospectan
tes; Tunc suos in unum populos roma
conspexit. fauebant sibi omnes in
gloria paenitentis; Nec mirū si de eius

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0331